

A beo iustitiam. Eroget pecuniam, qui habet iustitiā. Ego non habeo iustitiam, habea vel pecuniam. Ergo quia non habes iustitiam, ideo non vis erogare pecuniam? Magis eroga pecuniam, vt habeas iustitiam. A quo enim habebis iustitiam, nisi a deo fonte iustitiæ? Ergo si vis habere iustitiam, esto mendicus dei, qui te pauloante ex Euangelio vt peteres, quæres, pulsares, monebat. Mendicum suum sciebat, & ecce paterfamiliās & magnus diues, diuitiarum scilicet spiritualium & æternarum, hortatur, & dicit tibi, Pete, quære, pulsa. Qui petit accipit, quæres inueniet, pullanti aperietur. Hortatur vt petas, negabit quod petis? Attende à contrario similitudinem vel comparisonem, de illo diuite iniquo, hortantem nos ad orationem, quando ait dominus, Erat quidam iudex in ciuitate, nec deum timebat, nec hominem reuerabatur. Quædam vidua interpellabat eum quotidie, & dicebat, Vindica me. Nolebat ille per tempus. Illa interpellare nō desinebat, & fecit tædio quod nolebat beneficio. Sic enim à contrario nos admonuit vt petamus, Venit, inquit, ad amicum suum cui hospes venerat, & cepit pulsare & dicere, Hospes mihi venit, cōmoda mihi tres panes: respōdit ille, Iam requiesco & mecum serui mei requiescunt. Ille non cessat, astat, instat, pulsat, & tãquam amicus ab amico mendicat. Et quid ait? Dico vobis, quia surgit, & nō propter amicitiam eius, sed propter improbitatem dat illi quos voluerit. Non propter amicitia, quia amicus eius sit, sed propter improbitatem. Quid est propter improbitatem? Quia pulsare non destitit, quia & cum esset negatum non se auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo nō defecit. Quanto magis dabit deus bonus qui nos hortatur vt petamus, cui displicet si non petamus? Sed cum aliquando tardius dat, commendat dona non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data vilescunt, Pete, quære, instat. Petendo & quærendo crescit vt capias. Serrat tibi deus quod non vult cito dare, vt & tu discas magna magne desiderare. Inde oportet semper orare, & nō deficere. Si ergo fratres mei mendicos suos nos fecit deus, monendo nos, hortando & iubendo vt petamus, quæramus, pulsemus, attendamus & nos qui à nobis petunt. Petimus nos? A quo petimus? Quid petimus? A quo vel qui vel quid petimus? Petimus à deo bono, petimus homines mali. Petimus autem iustitiam, vnde sumus boni. Hoc ergo petimus, quod in æternum habeamus: Quo cū saturati fuerimus, vltius non egeamus. Sed vt saturamur, eluriamus & sitiamus. Eluriendo & sitiendo petamus, quæramus, pulsemus. Beati enim qui eluriunt & sitiunt iustitiam. Quare beati? Eluriūt & sitiūt & beati sunt? Aliquando enim egestas beata est. Non inde beati sunt, quia eluriunt & sitiunt, sed quia ipsi saturabuntur. Ibi erit beatitudo in saturitate, nō in fame. Sed præcedat saturitatem fames, ne fastidium nō perueniat ad panes. Ergo diximus à quo petamus, qui petamus, quid petamus. Sed petitur & à nobis, Mendici em dei sumus: Vt agnoscat ille medicos suos, agnoscamus nos nos. Sed & ibi etiam cogitemus quando petitur à nobis, qui petunt, à quibus petunt, quid petūt? Qui petunt? Homines. A quibus petunt? Ab hominibus. Qui petunt? Mortales. A quibus petunt? A mortalibus. Qui petūt? Fragiles. A quibus petūt? A fragilibus. Qui petunt? Miseri. A quibus petūt? A miseris. Excepta substantia facultatū, tales sunt qui petunt, quales sunt à quibus petūt. Quam frontem habes petendo ad dominū deū tuum, qui non agnoscis parē tuū? Non sum, inquit, talis, absit à me vt talis sim. Inflatu obfericatus ista loquitur de pānoso. Sed ego nudos interrogo: Nō interrogo in ve Tomus decimus.

stibus, quales sitis, sed quales nati fueritis. Ambo nudi, ambo infirmi, ambo miseram vitam inchoantes, ideo ambo plorantes. Ecce recolere diues primordia tua, vide vtum huc aliquid attuleris. Iam venisti, & tanta inuenisti: dic ergo rogo te quid attulisti? Dic quid attuleris: aut si dicere erubescis. Apostolum audi, Nihil intulimus in hunc mundum. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. Sed forte qui nihil attulisti, & hic multa inuenisti, aliquid hinc tecū abaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri: audi & hoc, & hoc Apostolus dicat, qui te non palpat, Nihil intulimus in hunc mundū, vtique quando nati sumus. Sed nec auferre aliquid possumus, vtique quando de mundo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc auferes, quid te in istas contra pauperem? Quando nascuntur infantes, recedat de medio parentes, serui, clientes, recedant de medio turbæ obsequentes, & agnoscantur pueri diuites stentes. Pariant simul diues & pauper, pariat simul mulier diues & mulier pauper, non attendant quod pariunt, discedant paululum, recedat & agnoscant. Ecce diues nihil intulisti in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid potes. Quod dixi de natis, hoc dico de mortuis. Certe quando casu aliquo vetera sepulchra franguntur, ossa diuitis agnoscantur? Ergo diues audi Apostolū, Nihil intulimus in hunc mundum: Agnosce, verum est. Sed nec auferre aliquid possumus? Agnosce, & hoc verum est. Quid ergo sequitur? Victum & tegumentum habentes, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, in cadunt in tentationē & desideria multa & noxia, quæ mergunt hominē in interitū & perditionē. Radix est enim oim malorū auaritia, quā quidā sequētes, à fide pererrauerūt. Attēde quid dimiserunt. Doles quod hodie miserūt, vide quo se infererūt. Audi. A fide pererrauerūt, & inferuerunt se doloribus multis. Sed quis? Qui volunt diuites fieri. Aliud est esse diuite, aliud velle diuite fieri. Diues est qui à diuitiis natus est, nō quia voluit diues est, sed quia multi hæreditates dimiserūt. Video facultates, nō interrogo voluptates. Hic cupiditas acculatur, nō aurū, nō argentū, nō diuitiæ, sed cupiditas. Nā qui nolūt diuites fieri, vel qui non curant, vel qui non ardent cupiditatibus, nō auaritiæ facibus accenduntur, sed diuites sunt, audiāt Apostolum, hodie lectū est, Præcipe diuitibus huius mundi. Præcipe, Quid? Præcipe ante omnia, nō superbe sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiæ, quomodo superbiam. Omne pomum, omne frugum, omne frumētum, omne lignum habet vermem suum. Et alius est vermis mali, alius piri, alius fabæ, alius tritici: vermis diuitiarum superbia. Ergo præcipe diuitibus huius mundi, nō superbe sapere. Excludit vitium, nō superbe sapere. Suceat vsum de eo quod sequitur. Neque sperare in incerto diuitiarū. Qui nō sperat in incerto diuitiarū, nō superbe sapiunt. Qui altū sapiūt, timeāt. Si timēt, nō altū sapiūt. Quam multi heri diuites, hodie pauperes. Quam multi dormiunt diuites, & venientibus latronibus & cuncta auferētibus euigilāt pauperes. Ergo non sperare in incerto diuitiarū, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter temporalia & æterna, sed magis ad fruendum æterna, ad vtendum temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciamus: æterna, vnde boni efficiamur. Ergo hoc faciāt diuites, nō supbe sapiāt, neque sperēt in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Hoc faciant. Ex eo autem quod habēt quid faciant? Audi quid. Diuites sunt in operibus bonis, facile tribuant. Facile tribuant, habent enim vnde. Quare nō faciūt? Paupertas, difficultas est. Facile tribuāt, habent vnde. Cōmunicet, a iij id est,

Matt. 7.

Luca. 11.

B

C

4

1. Tim. 6.

E

1. Tim. 6

F